UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini, ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Oblatvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

Visual Library

tem inobediens mortaliter peccet, ſuprà, Inobedientia, vide amplè. Obediẽtia etiam poteſt eſſe circa ea, quæ libẽter volumus, ſi in ea propter pręceptũ principaliter ferimur. Thom. ſecunda ſecundæ. q. 104. ar. 2. ad. 3.

OBLATIO.

1 OBLATIO, ideſt, quod offertur à Chriſtiano eccleſię de re donabili, iuſtè acquiſita. ca. quia in omnibus, de vſur. & c. ex tranſmiſſa. de decim. & monachus, ſeu alius religioſus, poteſt recipere oblationes, vel vt pauperes, vel vt miniſtri altaris, vel vt parochiani. c. oblationes, 10. q. 1. Vide S. Tho. 2. 2. q. 86. a. 2. & Pan. in c. paſtoralis. de his quæ fi. à prælat.

2 OBLATIONES factæ in parochia, ſeu altari, cedũt eccleſię parochiali, ſiue factę imagini, ſiue capellę, ſunt rectoris, & non preſbyteri capellæ, ſecũdum Pan. & Ant. in dicto capit. paſtoralis. etiam ſi imago cui ſunt factæ ſit depicta in muro, infrà limites parochiæ. & facit glo. in l. ſtatuæ. ff. de vſufruct. Quod quidam limitant ſi intuitu parochiæ. Idem ſi fiant celebranti in eccleſia alicuius, quia ſunt ſimiliter rectoris, niſi eſſet Epiſcopus celebrans, quia tunc communi iure ſunt eius. c. ſuper eo. de paro. niſi conſuetudo obſtet, quæ eſt ſequenda. De collatis aũt, & oblatis religioſis in eccleſijs eorundem, non poſſunt prælati aliarum eccleſiarum aliquid ſibi vendicare. ſecũdum Panor. in c. nimis iniqua. de exce. præl. quia videtur res illa ei collata intuitu eccleſiæ. & non nomine oblationis, & expreſſiùs hoc tenet in ca. 1. de ſta. mon. & eſt text. expreſſus in d. ca. 1. & quoad fratres prædicatores eſt prohibitio. Cle. 4. in priuilegio, q. incipit, nimis iniqua. Vnde ex hoc priuilegio dicti fratres poſſunt facere offertorium in ſuis eccleſijs in miſſa. Sicut concludit etiam Tabel. ver. oblatio. §. 1. in fin.

3 PAROCHIANI ad offerendum oblationem non poſſunt compelli, ſecundum Panor. in rubr. de paro. & S. Thom. 2. 2. q. 86. a. 1. Primò, quando tenentur de ratione cenſus, quem annuatim ſoluunt. Secundò, ex obligatione teſtamentaria. c. quanto. de cenſi. Tertiò, quando ſacerdos indiget, & ipſi abundant. Ad hoc eſt c. ſi Epiſcopus. de offi. ord. lib. 6. Quartò, quãdo hoc habet conſuetudo. c. ad apoſtolicam. de ſimon. Et in his duobus vltimis caſibus, oblatio quò ad quantitatem remanet voluntaria, ſecundum Tho. ſuprà. Idem dic de primitijs, ſecundum eundem. ibi. a. 4.

4 DE qualibet re poſſeſſa licitè, poteſt fieri oblatio, niſi vergat in detrimentũ alterius: ſecundum Thom. ſuprà. a. 3. & hoc repræhendit Chriſtus Matthæ. 15. dicens, Vos autem dicitis munus quodcunque ex me eſt, tibi proderit, & c. Vel propter ſcandalum. Vnde aliquæ perſonæ prohibentur offerre oblationes, 50. d. & intelligi debent, quãdo eorum crimina ſunt manifeſta, nec voluntque corrigi. Et idem dicendũ eſt, de hæreticis, excommunicatis, & Iudæis. in d. c. quanto. de cenſi.

5 SI cõſuetudo habet, quod oblationes quæ fiunt in dominica, ſint rectoris, & quę fiunt in feſto ſancti alicuius ſint ſacriſtæ, & talis ſanctus veniat in dominica, oblationes erunt rectoris: quia maior eſt dominica, quàm feſtũ illius ſancti, & hoc, ſecundum quod concludit Bart. per l. proconſul. ff. de off. proc. Sacerdos poteſt recipere oblatum pro miſſis dicendis, quas pœnitenti iniunxit, vt faceret celebrari, niſi ſit ſcandalum, a quo cauere debet. Vide c. ab omni. de vi. & ho.

OBLATVS.

OBLATVS quis ſit, ſuprà, Monachus. §. 1.

OBLIGATIO.

1 OBLIGATIO iuris, vinculum importat, quo neceſſariò quis aſtringitur ad aliquid dandum, vel faciendum. Inſti. de oblig. in princ. addẽ vel patiendũ, & ſine cõſenſu eſt nulla. ff. de pact. libr. 1. Intellige voluntario, & cum animo obligandi. facit gloſ. in c. 3. de vot.

2 TRIPLEX poteſt eſſe obligatio, videlicet, naturalis, quæ cõtinet naturale vinculum conſenſu cõtracta inter

eos,